rum quibus nobilis Reginoldus Cracau
fidelem fidem et integritatem suam abun-
de probavit, damus nos quidem eidem
nobili Reinoldo Immunitatem ab omnibus
et singulis Theoneis nostris ad extremam vite
illius tempora duraturam cum omni po-
testate res seu merces cujuscunq; generis et
speciei existerent nulla certa quantitas nu
meriq; determinatione per omnia „Regni nostri loca,
et quasvis Theoneorum nostrorum cameras,
sine Theonei nostri fam novi, quam veteris so-
lutione educendi mercandi atq; vendendi solis Rebus
exceptis quos tum centenos ex gracia nostra,
extra Regnum nostrum semel singulis an-
nis educere ipsi Liberam permiseramus
facultatem tamen cum Idem Reinoldus ad
nos postea veniset, Literasq; Domini Alber-
ti Senioris Marchionis Brandeburgens ac
in Prussia ducis Ducis consobrini nostri charissimi
nobis attulisset quibus Illustritas illius dili-
gentes cum nobis commendare petereq; non
destitit Quando quidem generalitas Privilegii
per nos ipsi Reinoldo concessi ambiguitatem
quandam in se haberet, que ei difficultatem
existeret causa in Theoneis nostris ut eam-
dem generalitatem ad certam Speciem restrin-
geremus propterea nos expresso certo numero mer-
cium determinatam sibi quantitatem damus
et assignaremus, ut ita nullo suo negocio et

mitiore damno Fisci nostri Libenitate ac bene
ficentia nostra, cum his, quos ad Usum Privile-
gij admisent sincere et Liberius uti et frui
posset, Idemq; ut faceremus, Ipse etiam nobilis
Renoldus nobis supplicasset cedens abdicansq;
se ultro Generali Privilegio suo per nos ipsi
concesso. Nos eidem Intercessioni commenc-
rati Illustris Domini Ducis Consobrini nostri
hanissimi, quam etiam supplicatione prius
Reinoldi non iniqua permoti oppinionem Ipsius
Privilegij coram nobis ultro voluntarie ejus-
dem facile admittendo predicta quem admodu
a nobis efflagitabant non gravate concedend
esse duximus. Quamobrem ex certa scientia et
gratia nostra nec non assensu consiliariorum
nostrorum Lateri nostro assistens facimus com-
memorato nobili Reinoldo Kracau plenum Jus
omnimodamq; facultatem res et merces infra
scriptas certoq; numero comprehensas a da-
ta presentium ad vite sue extrema tempora
singulis Annis extra et intra omnia Regni
dominia ditiones, et quelibet loca et per quas
vis teloneorum nostrorum Cameras conjun-
ctim vel divisim adducere exportare impor-
re terra vel aqua advehere evehere ubiq;
vendere ac emere commutare vel quocunque
alio modo pro beneplacito voluntatis sue
alienare idq; vel per se ipsum, vel per plenipot
mandatarios

mandatarios, aut negocium gesteres suos tum
etiam per quoscunq; alios quibus Prerogativam
hanc communicaverint vel ad fruitionem vel
usum Privilegij presentis quomodocunq; etiam
in sua tum presentia, quam absentia substitu-
erit admiseritq; libere sine quovis tam reali
quam personali impedimento et absq; tela-
tionum omnium et singulorum nostrorum
namq; et veteris, sive ea exigantur pro no-
bis ipsis sive pro aliis, si qui forte predi-
cta Telonea in toto vel in parte per aren-
dam aliquam a nobis habuerit administra-
rintq; solutione et exactione, et quibus
omnibus cum seu eos immunes et immu-
nes omino facimus liberamus et absol-
vimus. Nullis etiam aliis ea de re manda-
tis aut Rescriptis sive nostris sive Successo-
rum nostrorum requisitis vel requirendis. Quamdiu qui-
dem rerum vel mercium tam per ipsum Rei
noldum, quam Plenipotentem mandatarios, tum
et per quoscunq; ad fruitionem Presentis Pri-
vilegij substitutos emendarum vendendarum
invehendarum et evehendarum sive sint
ipsius Reinoldi, sive eorum, qui cunq; tandem
erunt quos vigore istius Concessionis nostre
ad usum et fruitionem presentis Privilegii im-
munitatum ac prerogativa admiserit substitu-

erity.

eritq; Series sequitur in hunc modum, nempe Boves centum, Item quadringentos vigin-
ti quinque Centnarij vulgo Centnar cere
Item quinquaginta fasces et ligaturas vulg
Wenzli et Cellæ quantacunq; magnitudinis
tam panni, generis et Speciei cujuscunq;
quam piperis, aliarumq; quarumcunq; mer-
cium non emergens ex singulis generibus
tam Stanni quam mercium prefatarum quan-
tum voluerit, ita tamen ut pannum et mer-
ces predictas numero quinquagenario conjun-
ctim concludantur, Item nonaginta Lasti ha-
lecum vel quarumcunq; alterius generis pi-
scium Singulorum generum quod quod
Lastos voluerint codea tum numero nona-
genteno comprehensorum, duodecim vasa
in singulos Lastos computando, Item duo-
tas quingintas sexagenas Corigiorum
Bovum et aliorum animantium crudorum
vel siccatorum voluerint preparatorum tum cor
quoq; qui vulgo juchty vocantur, quod quod
ex uno quoq; genere voluerint summam tum
Trecentorum sexagenarium non excedens quod
Si hae merces et res prescriptarum numerum ac
quantitatem excesserint extunc a residuo justa con-
suetudinem debitum vectigal prestare et persol-
vere ipse Reinoldus tenebitur vel ejus substituti

tenebuntur

tenebuntur, a quo eum ab vel eos immunes et
immunes sine nostra concessione non faciemus.
Quocirca universis et singulis Regni dominio-
numq̃ nostrorum tam spiritualibus quam se=
cularibus Dignitariis Officialibus Palatinis,
Castellanis Capitaneis Tenutariis Vicecapita-
neis Burgrabiis nobilibus Theloneorum gue=
rumois et vectigalium ubicunq̃ locorum tam
in Regno et dominiis nostris ubiq̃ quam in
finibus Regni nostri constitutorum prefectis
notariis, custodibus et eorum subditis Civi=
tatum Oppidorum et Villarum Rectoribus, Bu=
consulibus consulibus ceteriscq̃ omnibus, quo=
rum interest modernis et pro tempore futu=
ris hanc voluntatem concessionemq̃ nostram
denunciantes seriò mandamus quo supra
memoratum nobilem Reinoldum Cracau
ejusq̃ plenipotent mandatarios et negocio=
rum gestores, tum quoscunq̃ substitutos hac
in libertate seu immunitate premissa
conservetis et a vestris conservari curetis
nullaq̃ Telonea a prædicta quantitate Pe-
uni cere pannorum pipperis, alciumq̃ mer-
cium Norenbergens halecum, vel Piscium
et corrigionum exigatis, neq̃ exigi patia=
mini, quin potius eum seu eos passim
libenum et immunem liberosq̃ et immu-
nes absq̃ omni impedimento, molestia et
arestatione permittatis et a suis permitti cure-

his

tis seu[m] pro gratia nostra et gratis indi=
gnationis nostra pena non facturis nos
vero quietationes tam ipsius Reinoldi
quam ejus Plenipotenc Mandatariorum
tum et quorumcunq; Substitutorum pro
Nostris in rationibus per fidelitates ve
stras fiendis suscepturi sumus. In cujus
rei fidem etc. Datum Varschavie Feria de=
cia post Festum Sancti Andree proxi=
ma Anno quo Supra.
Sigismundus Augustus Rex etc.

Judicatus Terre Sochaczoviens post
mortem Gnosi Felicis Mikolaiewski
Generosi Martino Schimanowski
de Scrzytno Subjudici Sochaczoviens
Feria Sexta ipso die Sancte Barba=
re Anni Domini M.D.Lxij Datus
est Aui Litere in solita forma cancel=
larie sunt extradite.

Exemptio Ville Piertuchowice
ex Jure Terrarum Osviecymens et
adscriptio ejusdem Juri communi
in Regno Polonie Observati.

In nomine Domini amen. ad perpetuam
rei memoriam Sigismundus Augustus etc
Significamus

significamus alt Quia quidem consiliarij Nostri Nobis supplicassent nomine Nobilis Laziński sortis sud in Ville Bierthultheviee in Terris Osviecziensy consistentis heredis ut illum Bonacy sortis ipsius predicta ex Jure Terrarum Osviecziensy eximere et Jure Regni Nostri Adscribere dignaremur Nos tametsi neminem ut jus suum reliquat agere volumus petentibus tamen ultro Regni nostri jus comedere consevimus, Itaq' ejusmodi Supplicationibus consiliariorum nostrorum permoti, memoratum nobilem Albertum Laziński et ipsius posteros cum Bonis ejus, que nunc habet, aut futuris temporibus habiturus est, Successores ejus habebunt, sive sint illa hereditaria sive obligatoria et in summis pecuniarum inscripta, ex Jure Terrarum Osviecziensy eximensy in Regni nostri jus transferensy et incorporandy duximus, prout eximimus transferimus et incorporamy presentibus libenum eundem Albertum Laziński Successoresq' et Bona illorum universa ab omni Jurisdictione Capitaneorum Judicum Subjudicum et aliorum quorumcunque nomine vocentur que pendere conferre obire et prestare, nobiles Terrarum predictarum

rum nobis tenentur et debites illi Succesori=
busq' ac Nonis eorum omnibus eam liber-
tatem immunitatem et prerogativas quas
habent, Nobiles Regni nostri ea tamen
lege et conditione ut cum ipsis nobilibus
Regni nostri paria et equalia onera fer-
rent ac secundum consuetudinem Regni
nostri ad Bellum pro facultate Bono-
rum suorum omnium proficiscantur, ac
alia onera a nobilitate Regni nostri de-
bita ipse etiam Successoresq' ejus subire
teneantur. Quem quidem nobilem Albertum
Lazinski et Successores ejus adjungimus et
incorporamus Terris et districtui Cracovien
atq' subicimus Jurisdictioni Palatini Capita-
nei Judicum subjudicum et aliorum omnium
officialium ipsorum Terrarum Cracovien
ita ut non in alio Judicio quam in ipsarum
Terrarum et districtu Cracovien secundum
Leges et consuetudines Regni nostri de Bonis
suis respondere ipse et Successores ejus te-
neantur. Quod si quis eum Successores ejus
in aliud Judicium vocare presumpserint
talem eā penā. qui ille est obnoxius qui
ex Districtu proprio aliquem in Jus evocat
puniri volumus. Harum etc. Datum Varsha-
vie Feria Quarta post Festum Sancti Jo-

ansci

cisci proxima Anno quo Supra, Presentibus
qui „in Libro" „superius" antecedenti ubi Libertates Oppi-
di Obrzinki continentur Sunt descripti,
Joannes Ocrycki Regni P Cancellarius
Relatis magnifici Joannis etc.

Adscriptio Centum Marcarum
pecunie nobili Alberto Lisciarki
in Bonis Advocatie Ville Crimion.

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc.
Quia nos adducti Intercessionibus certorum
Consiliariorum nostrorum nomine nobi-
lis Alberti Lisforski Advocati nostri in
Villa nostra Crimion interpositis hum ha-
beng rationem Damni quod ob demolitum
aggerem circa piscinam suam crechum ex
impetu aquarum ex Stagnis nostris eum
pentium portulit, eidem nobili Alberto
Lisowski et ipsius Legitimis Succesori-
bus Centum Marcas pecunie monete et
numeri usualis in Regno nostro, currentis
in Bonis Advocatie Ville nostre Crymion
predicte quam in Summis pecuniariis
Octingentis videlicet marcis, et viginti grossis
pecunie monete et numeri Regni no-
stri

stri hucusq' possidet ultra hujus modi priores
pecuniarum Summas ipsi in predicta ad-
vocatia obligatas inscribendas predictisq' Sum-
mis in eadem advocatia juste et legitime
antea inscriptis adjungendas esse putavimus
prout de certa scientia et speciali gratia no-
stra inscribimus et eadem Summis pre-
dictis octingentarum marcarum et vigin-
ti grossorum adjungimus presentibus. Ita
quod jam exnunc Ipse nobilis Albertus
Lissowski cum suis Successoribus legitimis
Advocatiam ville nostre Crymow predi-
ctam cum omnibus et singulis ipsius
fructibus, proventibus attinentiis perti-
nenciisq' universis, eandem ex antiquo con-
cernentibus, quemadmodum illam
obtinet, teneat, habeat, eademq' utifruatur
pacifice et quiete tam in centum marc-
cis predictis presentibus Literis nostris
inscriptis, quam octingentarum marcarum
et viginti grossorum pecuniarum Sum-
mis in ipsa Advocatia juste et legitime
dudum inscriptis possideat tantisper
donec per nos vel Serenissimos Succes-
res nostros hujusmodi omnes pecunia-
rum Summe in bonis advocatie predi-
cte sic ut premissum est inscripte fuerint
plenarie

plenarie et integre memorato nobili
Alberto Lissowski vel ipsius Succesori-
bus Legitimis persolute, Quo facto Bo-
na eiusdem Advocatie Ville Crimiow
ad nos vel Serenissimos Successores no-
stros plenarie redibunt et revolventur.
Harum etc Datum Varschaud Feria Se-
cunda post Festum Purificationis Be-
ate Marie Virginis proxima, Anno Do-
mini ut supra.

Relatio ut supra etc.

Consensus ad obligandum mo-
lendinum Advocatie Crimiow
nobili Alberto Lissiewski datus.

Sigismundus Augustus etc. Significamus
etc Quia nos aduncti Intercessionibus
quorundam Consilianorum nostrorum
nomine Generosi Alberti Lissowski Tribu-
ni Striens Advocati Ville nostre Cri-
miow apud nos interpositis consensimus
et admisimus ipsi, ut possit et valeat
cuicunqz voluerit Persone, molendinum
sive Pertam ipsius mensuram Advocatie
predicte, cuius ad presens est possessor cum

agro

agro et pratis omnique Jure e dominio et pro-
prietate, emolumentisq' ac aliis attinentiis
et pertinentiis ad hoc Ipsum molendi-
num ex antiquo spectantibus Tenebit le-
nebit, eodemq' utifructur ad Illud pacifi
ce et quiete possidebit tamdiu donec illius
Possessori pro Tempore futuro Summe
pecuniarie in quibus fuerit obligatum
per nos aut Successores nostros, sive pre-
dictum Generosum albertum Lisowski vel ipsi-
us Successores legitimos si illud denuo exe-
mere voluerint, fuerint persolute, Quo facto
ejusdem molendini Possessio et omni modo
dispositio ad nos vel Successores nostros
sive prefatum albertum Lisowski aut gus
Posteros advocatie nostre ville Crimiero
Possessores qui fuerint pro tempore red-
dit et devolvetur pleno jure, Juribus no-
stris salvis manentibus. Hanum acta da-
tum Varschavie Feria Secunda post Fe
stum Purificationis Beate Marie Virgi-
nis proxima Anno Domini m D. VI Regni
vero nostri XXVII.

Relatio magnifici Joannis de
Liberas Sto Mathie Grymata Civi Corti-
nen ab omnibus Regalibus Muneribus
et Civilibus

et Civilibus concessa

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc.
Quia ad intercessionem certorum consiliario-
rum nostrorum pro Famato Mathia Grym-
mata Cive Gostinens apud nos factam, tum
quod Virtus ipsius ac in Regus agendis
Dexteritas, plurimaq; Servitia quae per
multos Annos Civitati Gostinens non
minus Sedulo, quam fideliter impendit,
et in hodiernum diem Studio indefesso
impendere non pretermittit Com-
mendata, ipsum ac Uxorem Ipsius Annam
ab omnibus et singulis Oneribus Con-
tributionibus, exactionibus censibus
et Datiis nostris et pro Republica ser-
vienq; quocunq; nomine Candatis et Lau-
Dandis ab his etiam quae ex quacunq; Causa
Castro nostro Gostinens debeantur Obeundis
et Solvendis absolvimus, immunesq; ac li-
beros facimus ac praesentibus Literis no-
stris facimus et absolvimus, ad vitae com-
extrema Tempora Ita scilicet quod ex Domo
et Praedio ac Horto quae in eadem Civitate
Gostinens possident nulla Deinceps One-
ra quae nobis debentur, quamdiu vixerint
ferent, nullasq; Contributiones et Datias nullosq;

Sensus

Census nobis et Reipublice et Castro de-
bites soluteri sunt, Absolventes etiam
eundem Mathiam Prymata a gerendis ea-
dem in Civitate Gostineng omnibus et sin
gulis magistratibus seu officiis ejusdem
Civitatis, hoc est in functione officij Pro con-
sulatis, Consularis Advocatialis et Scabina-
lis ac alienum omnium, quibuscung' no-
minibus et cognominibus nuncupentur
ad vitæ ipsius extrema tempora. Ac quia
Generoso Stanislao a Volia Castellano
Nargznensi Tribuno Minori Sieradien
et Capitaneo Nostro Gostineng nec non Con-
tributionum quarumcung' Nostrarum exact-
ribus ac Proconsulibus et Consulibus reli-
quisq' Civitatis Gostineng Officialibus pre-
sens et pro tempore existeng ad notitiam
pervenimus mandamus ut predictum Mathiam
et Uxorem ipsius Annam in ea liber-
tate et prærogativa ac exemptione a no-
bis illis concessa Domumq' ipsorum Predict
ac Hortum quamdiu vixerint conservetis
eisq' quominus hac concessione nostra sibi
facta uti libere possit nullum impedimen-
tum, aut molestationem inferatis pro gra-
tia nostra. Harum. etc Datum Varsaviæ
Feria Sexta ipso die Sancti Barnabæ Mis etc.

Relatio magfici Joannis etc

Constuendi

Construendi molendini navalis in
fluvio Isthla Ho Francisco Lisci
Prolonsuli Varsavien facultas con=
cessa.

Sigismundus Augustus etc Significamus
etc. Quia, cum quidam Consiliarij nostri
interposuissent petitiones suas Ad Maie-
statem nostram Regiam pro Famato
Francisco Lisci Prolonsule Varshavien si,
ut Illi molendini navalis in Fluvio Isth-
le construendi facultatem, in cog omnia
frumenta moliendi Civitati nostre Vars ha-
vien Libertatem concederemus. Quorum sup=
plicationi benigne annuery praesertim
cum etiam edocti esse mus Officium Prolon-
sulare nedum tempore Serenissime Domine
Bone Genitricis nostre harissime, verum
etiam tempore adhuc Serenissimi Domi-
ni Sigismundi Parentis nostri desidera-
tissimi Summa cum diligentia ne non
Civitatis nostre Varshavien sis haud me-
diocri utilitate obire solitum, hinc hue-
usq et tempore felicis Regiminis no-
stri hoc Idem Officium Prolonsulis in eadem
Civitate nostra Varshavien si, nedum cum
commodo dicte Civitatis, uti premissum est

omnem

omnem operam suam assiduamq' in tra-
ctandis negotiis summa cum dexteri-tate
verum-etiam maiestatis nostre digni-
tate diligentiam obire exercere, aliasq' ejus
officij munera administrare non interi-
mit. Itaq' ut in hoc eundo officio Procor-
sulari vel etiam consulari (: prout tem-
poris ratio necessitasq' tulerit :) et in tra-
ctandis exercendisq' negotiis civilibus
quibus occupato proprijs negotijs ubi
homini civili convenit vacare nequit, eo
alacriori propensioriq' animo esse possit,
molendini navalis in fluvio Istula con-
struendi facultatem in eoq' omnis gene-
ris frumenta (: exceptis Brasiis pro
cervisia paratis quæ a molendinis no-
stris Regalibus auferre cum incommo-
do Fisci nostri volumus :) hominibus de
civitate nostra Varsaviensi molendini
liberam potestatem ad vitæ ejus extrema
tempora tantum damus conferimusq'
cum construxerint, tam subtus civita-
tem nostram, quam etiam in unius medij
miliaris spatij loco in superiori civita-
tis parte meridiem versus, aut in alteri
us medij miliaris, in inferiori parte ejusdem

civitatis

Civitatis Varshavien Septentrionem ver-
sus ubi illi melius conducibiliusq; vi-
debitus in Dicto flumine Istulæ ple-
nam et omnimodam constituendi Liber-
tatem concessimus, presentibusq; conce-
dimus. Illud ab omnibus censibus
Datiis utilitatibus et Oneribus nostris
Regiis quibuscunq; nominibus nuncupen-
tur et Curiæ nostræ Varshavien eximen-
q; prout presentibus eximimus.
Quare Generoso Georgio Jerewski Castella-
no et Capitaneo Varshavien similiter
et Proventuum ejusdem Capitaneatûs Cura-
toribus et pro tempore existentibus man-
damus ut memoratum Franciscum
Liscz Proconsulem Varshavienseum similites
et Proventuum ejusdem in ædificatione
constitutione ac usufructu ejusdem mole-
dini Navalis justa contenta Literarum no-
strarum de gratia nostra illi concessarum
quamdiu in unius exhiberit conservent, con-
servarique curent, ac jubeant pro gratia nostra.
Harum etc. Datum Varshaviæ Feria sexta
ipso die Sanctæ Barbaræ Virginis Anno
quo supra.

Relatio magnifici Joannis etc.

Consensus

Consensus super advocatia in Vil-
la Pichliere.

Datus est Consensus Generoso Benedicto
Wiktorowski Succamerario Vielunens exi-
mendi advocatiam in Villa Pichliere juxta
Literas Originales super quam et advita-
litas eidem concessa. Literaq' in forma Can-
cellarie extradite Anno quo supra Die vero
Feria sexta ante Festum Conceptionis Be-
atæ Marie Virginis proxima Varschaud

Relatio Bigfii Joannis Actæ.

Consensuum super emendos quosvis
census in vim recemptionis alias na
wyderkow Ado olim Stanislao Borek
datorum confirmatio approbatioq.

Sigismundus Augustus etc. Significamq
etc. Quia nos singulari gratia prosequens
memoriam Venerabilis olim Stanislai Bo-
rek pie memorie juris utriusq' Doctoris ac
Decani Ecclesie Cracovien exemplo dicti
Parentis nostri comendatumq' habens piam
ac Laude dignum studium ejus,
pub: Regni nostri quo is certos census
emere, ac perpetuos post se relinquere
instituit pro sustentatione ac subtemuatione
studiorum

studiorum et honestis disciplinis incumbentium cujuscumq: Baccalaureorum et Magistrorum Cœtum, et quibus res angusta obstaret quo minus emergere, industriaq: ac doctrina sua commodare Reipublicæ Ecclesiasticæ et Regnicolis, nostri præsent diversis Temporibus ac Literis diversos ci
prebuimus Consensus, ac Divus etiam Pater noster ante nos præbuit ad emendum ejusmodi censum in vim reemptionis alias na Wyderkauw juxta morem in Regno nostro usitatum eorumq: Censum Obligationes et inscriptiones sive in Actis ac denominatis sive universe in quibuslibet Terrestribus ac Civilibus et Ecclesiasticis Bonis, a quibusvis personis et Communitatibus toties quoties opus fuerit suscipiendi eandemq: facultatem etiam Successoribus ejus quos sibi ipse ad constitutionem administrationem ac dispensationem eorundem Censuum post se delectum esset impartiri Summus, neque vero difficultas vel ambiguitas ex illa ex illa diversitate Consensuum in posterum existat, ad petitionem executorum Testamenti ejusdem Ven: Stanislay Borek cujus Tutelam ac Protectionem ipse nobis commendavit, omnes illos Consensus quibuscunq: titulis Literis ac Temporibus editos ultra Octo Millium florenorum in moneta

6 summam

summam excurrens hisce Literis Nostris con-
firmandos et approbandos ~~esse~~ duximus
confirmamusq' et approbamus omnes de-
fectus si qui in eis sunt, gratia et au-
thoritate Nostra Regia supplicens et vo-
lens perpetuæ firmitatis ipsis impartir
ens ita ut ratæ et inviolabiles perma-
neant, omnes venditiones Obligationes et
inscriptiones hujusmodi censuum, a quibuscu-
nq' et cujuscunq' Status et conditionis
personis, aut communitatibus Regni nostri
super quibuscunq' Bonis Civilibus Terrestri-
bus sive Ecclesiasticis in quocunq' jure
et apud quoscunq' magistratus seu coram vo-
bis sive etiam per privatas ipsorum ven-
ditiones literas ipsi Stanislao Borek dum
viveret, sive cuiquam Fidei commissario
ipsius facta, ac dein ceps adhuc Executori-
bus Testamenti ejus faciendo et quod
omnes et singulas Obligationes et inscri-
ptiones eo nendum censuum super quibus-
vis Bonis quo modocunq' facta et adhuc
faciendo quocunq' et quandocunq' opus
erit, et census aliqui in toto vel in parte
redempti fuerint super alia quævis Bona
etiam diversi generis a prioribus per eos-
dem executores vel quemlibet alium aut a-
ra administratio et dispensatio ipsorum
censuum

censuum secundum Ordinationem ipsius
Stanislaj Borek vel Executorum ejus com-
putet eodem vigore et non requisito de-
super alio consensu nostro seu Succes-
sorum nostrorum Regum Poloniæ conjun-
ctim et divisim transferi et census ipsi
de uno ~~ot~~ vendi et obligari possint; Et qd
obligationes et inscriptiones quælibet se-
cundum Bonis Civilibus etiam extra fonum.
et pis ejus Civitatis in qua Bona illa
sita sunt, in alio Foro, et jure itidem
Civili sive Ecclesiastico, atq; etiam coram
nobis et in Jure Castrens ejusdem Territo
rij fieri recte possunt, et ita facta valeant
non obstantibus quibuscunq; Statutis Pri-
vilegiis et plebiscitis Civitatum gene-
ralibus et Specialibus, quorum vigore
quoad effectum præsentium tales quoties
opus erit Authoritate nostra Regia sus-
pendimus volentes ut Consules et alij Ma-
gistratus Civitatum earum, in quibus Bo-
na sic obligata sita erunt, Exactionibus eo-
rundem censuum authoritatem Officij sui
omnino sine ulla exceptione tergiversatio-
ne et compercendinatione ad exigendum eos
quoties requisiti fuerunt, accomodent, perinde

ac si

ac Ci in proprio ipsorum Jure et Jure obli-
gatio facta est, Omnes autem eos Census
Ad Summam Trecentorum florenorum
in moneta pertingentes vel eham excedeng
Super qualibuslibet Bonis et quo mode
libet obligatos et inscriptos una cum
Rum nisi principalibus proprietati Stu-
diosorum Gimnasij Cracovig Jurig et im-
munitati Ecclesiasticæ Adscribimus ap=
propriamus et incorporamus ita ut pro
corum et earum repetitione et quavis
Actione non nisi ad Forum Judicis Ec=
clesiastici Ordinarij seu Commissarij re-
cursus habeatur. Volenz nihilominus
ut hæredes et Possessores eorundem Bono-
rum Super quibus ejusmodi Census obli=
gati fuerunt Si sint Terrestria ad bel-
licas expeditiones sint aut Civilia ad
Onera Civilia more aliorum qui similia
Bona possident obligati sint et adstri=
cti ~~sint~~ non obstante eo quod census
ille et Summe et immunitati Eccles-
asticæ sint adstricti. Volumus præterea

ut hi

ut hic consensus cum omnibus
punctis clausulis et priorgativis suis
extendatur etiam ad Duo millia Aure-
orum Ungaricorum in Aum justi
ponderis quod post mortem Venera-
bilis olim Stanislai Rzeczka peni-
tentiarij Nationis Slavonice Rome
apud S. Petrum relicta, Idem Venera-
bilis Stanislaus Borek cum cateris exe-
cutoribus Testamenti ejusdem peniten-
tiarij similiter ultra pios operi de-
stinavit In quorum omnium fidem et Te-
stimonium dte Dat in Conventione
Generali Regni die Dominico ante
Festum Conceptionis Beate Marie Vir
ginis proxime. Anno quo Supra

Relatio magnifici Joannis dte.

Interpretatio Decreti in~~dex~~ 1100
Kinki inter Crumenarios sive
Alutarios et Albicerdones Jedanglath.

Sigismundus Augustus dei gte. Significamq
dte. Quod cum ante biennium tulissemq
Decretum nostrum in Wolkinki inter
Crumenarios sive Alutarios Jedanenq et
Albicerdones

Albicerdones ejusdem Civitatis quo pro-
nunciavimus negè Albicerdonibus se in alu-
tariorum Opificium ingerere, ac cutes alutas
preparare, negè Abbati Olivensi, aut cuiq'
alij Officinam alutariam intra unius
miliaris Spacium a Civitate nostra Pada-
nensi extruere licuisse, extructumq' quam
primum diruj debere. Rebusq' sic stan-
tibus certi Consiliarij nostri Curmenarios
sive alutarios eosdem adeo large in=
terpretari extendereq' hoc ipsum Decre-
tum nostrum. Quod in quantumcunq' remo-
tioribus locis ultra miliaris unius Spa-
cium a Civitate nostra Padanensi prohibi-
tum sit Albicerdonibus Padanensibq' Offi=
cinam alutariam habere, pellesq' alutas
conficere. Quare nos Decreto hostro per-
specto quoquidem Albicerdonibus in
universum, sed certo loci spatio prescriptus
prohibitum est, Officinam alutariam habere
pellesq' alutas elaborare simulq' cujusq
co nomine non tam curmenariorum sive
alutariorum cum Opificio Conhubernio q' qui
magis Subditorum nostrorum Reiq publicæ
utilitati consulere, ut pellium alutarum
major copia suppeditari atq' facilliori pretio
comparariq'

emi comparaig possit, cum ejusmodi Opificum major copia suppeditari frequentia fuerit, Decretum nostrum Commemoratum Wolkiniscense ita interpretamur, et declaramus Albicerdonibus Jedanensibus in Civitate Jedanq ac aliis locis in Circuitu ejusdem Civitatis, intra unius miliaris Spacium Officinam alutariam habere, Opificiumq. Alutariu exercere, et pelles alutas conficere verumq. in prejudicium Juriu Communariorum Sue alutariorum Jedanensiu minime posse neq licere. Porro ultra unius miliaris Spacium a Civitate Jedanenq Albicerdonibus Jedanenq Officinam alutariam habere Opificiumq. alutariorum exercere, et pelles alutas elaborare conficereq ac pro conficiendis et preparandis eisdem crudes cutes et non elaboratas coemere, atq intra Literas Nostras Prussie et extra easdem Terras in Regno Nostro et aliis Dominiis Nostris pelles ejusmodi alutas elaboratas confectasq publice privatimq vendere commutare in usus suos beneplacitos convertere. Scitoq ex certa scientia Authoritate et gratia nostra Regia facimus potestate Albicerdonibus Jedanenq

praesentibq

presentibus et pro tempore existentibus con-
sensumq' ac prerogativam speciale nostram
em Literarum prebemus ultra unius milia-
ris a Civitate nostra Jedanen spatium
quemcunq' aptiorem et commodiorem sibi
ad id locum elegerint, molendinum offi-
namq' nonam alutariam libere citraq' tar-
cumenaianum sive alutariorum Civita-
tis nostre Jedanq quam quorumvis aliorū
Subditorum nostrorum ullum impedi-
mentum extruendi erigendiq' et edifican-
di atq' in eadem officina pelles alutas
secundum morem Opificij alutariorum etabo-
randi conficiendiq' per commemoratos Al=
bicerdones Jedanenses presentes et pro
tempore existentes, molendinum offici-
namq' ejusmodi alutariam ultra unius
miliaris a Civitate Jedanensi spacium
extruendam et erigendam, postq' extructa
fuerit tenere habere utiq' frui et gaudere
teq' et pacifice secundum conditiones quas
inierint fecerintq' cum dominis fundi in
cujus solo molendinum officinamq'
alutariam extruxerint perpetuis Tempo-
ribus possidere. Harum ete. Datum in Conven-
tione gñali Varsavien Feria 2da prid ie Fe-
sti Sancti Nicolaj Anno qus Supra. Relata insſia ete.

Condemnatio

Condonatio Decimæ Orborum dictæ ad Annos quatuor Civitati Ilkusienſi.

Sigismundus Augustus etc. Significamus tenore Præſentium Quod Cum Interceſſionem certorum Conſiliariorum noſtrorum pro Cultoribus Montium Ilkuſienſium nobis factam, qui iniquitate hominum Temporum infœlicem in plumbis fodinis tentarunt fortunam, Volentq; Illos ad exercendam culturam Montium alacriores reddere Orborumq; noſtrorum auctiora commoda in poſterum facere Eidem ex certa ſcientia et Gratia noſtra Regia ab ipſis fragmentis ſeu Varchis Antiquis circumcirca Ilkuſſ et alibi denatis et purgatis denatisq; et purgandis. Decimam quam priore Libertate Illis conceſſa pro nobis reſervaveramus Tenore Literarum condonandam et remittendam duximus, condonamusq; et remittimus ad Spatium et Decurſum quatuor Annorum a data præſentium inchoando numd, atq; eodem a ſolutione Decimæ ſalva priore Libertate Dimidiæ partis Decimæ ſeu Orbore ex mineris permanenq; eorundem fragmentorum liberos

et immunes

et immunes facimus plenarie, quod Generoso Josto Decio Secretario nostro Carbario Wielicziens Montium Ilkusziens et Prefecto presenti et pro tempore existenti demuntiamus mandamq ut in hac concessione Libertatis nostra cultores plurimi fodinarum Ilkusziensium conservet et manutenat, neq ultra prescriptum illius quicumq exigat, Pro Debito sico et gratia nostra Regia non facturo, Datum in Convention gnali Varshavien Feria Secunda post Festum Sancti Nicolaj proximo Anno quo Supra.

Relatio Magnifici Joannis acte.

Confirmatio Inscriptionis Super particulam agri in Krakoviani per Matthiam Krakowinski.

Sigismundus Augustus acte Significamus acte. Quia postquam exhibuisset coram nobis Generosus Krakowinski de Krakoviani Vicecapitanei Varshavien nomine suo et alionum participum suorum hereduum de Krakoviani interesse habentium Literas pargameneas sub titulo Illustris Conradi Ducis Masovie

Masovie et Sigillo appenso mediocri Bo-
eslai prioris ejusdem Conradi continenc
in se Inscriptionem Obligationis modd
lapsus certe particule Terre per quen-
dam nobilem Joannem Czpryss de Cra-
koviani nobili ade Krakowinski factam
Supplicavit nobis Idem Ipse vicecapista-
neus ut ob eanem antiquita-
tem et appensi Sigilli quandam Casu-
alem ruptionem interitui proximé spe
videbantur eas Literas Autoritate no-
stra innovare approbare confirmare
et ratificare dignaremur. Quarum quidem
Literarum tenor de Verbo ad Verbum dis
sequitur. Conradus Dei gratia Dux Ma-
sovie. etc Significamus Tenore presen-
tium quibus expedit Universis quomo-
do coram nobis personaliter constitu-
tus nobilis Joannes Czpryss de Cra-
koviani ipsius spontanea voluntate pa-
tam recognovit sua quandam particu-
lam Terre ipsius incipiens a Piscina
nobilis ade de Crakoviani usq ad
quercus circumstans alias Ogor-
zali et a quercu predicta usq ad trun-
cum alni, et a trunco alni usq ad viam
que currit ad campum Sprowiska
et a campo

et a campo Oporiska eadem vià, usq; ad
Sectes alias Cryosii ubi stat Rubus Vibi
cis alias Rokitowy et ambo prædicto
usq; ad Duos quercus eundo eisdem Sectibq
et a Duobus quercubus prædictis ultimis
usq; ad Tiliam, et ultra, a Tilia usq; ad
Torrentem alias Smurnicen Dictum
Korabiec, qui dividit Cracoviam, cum-
parte ibidem in Crakoviani hereditate
in Districtu Varshaviens situata in lon-
gum et latum cum omnibus et sin-
gulis utilitatibus fructibus redditibq
proventibus censibus emolumentis
et obventionibus generaliter universis
quibuscunq; nemine penitus nihil pro se
reservans in eadem particula Terre
prefato Ade Krakowiński in sexagin-
ta sexagenis groschorum in medijs gros-
sis a data presentium, per decem octo
Septimanas continue et immediate se-
quenq; inte et rationabiliter obligavit,
In casu si quid absit non eximens ad
predictum Tempus, aut ex emere quo-
vis modo neglexerit, extunc Idem Joannes
hujusmodi particulam Terre sic ad pre-
scriptum

scriptum est distinctam et limitatam
in dictis sexaginta sexagenis monete pre-
dicte ad ipsum Adam pereat et amittat
perpetue et in eventum, in cujus rei te-
stimonium Sigillum Illustris Principis
Domini Bobeslaj clare memorie Ducis
Masovie etc patris nostri karissimi,
mediocre presentibus est appensum.
Actum et Datum Varshavie feria secun-
da die Sancti Egidij Anno Domini millesi-
mo quadringentesimo quinquagesimo quinto,
Nos itaq; Sigismundus Augustus, Rex pre-
nominatus animadvertens Literas pre-
scriptas nec in ea parte quod appensum
Sigilli sit ruptum esse suspectas quonian
ita sit ruptum ut clare agnoscatur ruptio-
nem ejus appensi vere accidisse et Sigil-
lum cum appenso eanum Literarum pro-
pria fuisse Supplicationi predicte beni-
gne annuimus, Literasq; prescriptas iu-
novamus approbamus confirmamus et
ratificamus. Decernentes easdem Literas
et omnia in Illis contenta Autoritate no-
stra robur Debite et perpetue firmita-
tis obtinere non secusq; presentem innu-
vationem nostram valere, quam si origi-
nales ille Litere permanerent integre, Ham
quibus

quibus Sigillum nostrum est appensum
Testimonio Literarum. Datum Varsha-
vie in Conventione generali Regni de-
cima die Decembris Anno quo Supra. etc

Relatio ut Supra.

Concordia inter Incolas Judeos et Christianos Oppidi Barensis.

Sigismundus Augustus etc Significamus
etc Quia constituti coram nobis per-
sonaliter Providus Joannes Cervus Advo-
catus et Stanislaus Crolek Prolon-
sul Civitatis nostre Barens nunij
et Plenipotenz Civitatis Barensis ab
una, et Abraam Koska ac Chia Jsra-
elis gener Judei Plenipotentes alio rum
Judeorum Civitatem Nostram Barensem
incolentium parte ab altera recognove-
runt et per expressum fassi sunt se
mutuam Concordiam perpetuis tem-
poribus observanz iniisse atq constiz
tuisse in eum qui sequitur modum,
Quod Judej Barenses presentes et pro tem
pore existenz cum numerus domorum
quem ab antiquo in hunc usq diem ob-
tinent retinere atq hereditarie possidere
in Civitate

in Civitate Barensi debent, ratione gua-
rum Domorum ipsi Judei omnia Onera
Civilia ex-aequo cum aliis Civibus fere
alq' a singulis domibus tempore ne-
cessitatis hostilis equum coram advoca
to Barensi presentare tenebuntur, quo
rum equus Advocatus iis quos ex Inco-
lis ejus Civitatis ad Bellum geren-
dum idoneos censuerit tradare, secun-
dum consvetudinem receptam cum Capi-
taneo Barensi ad propulsandum in se-
quendum hostem mittere adstrictus erit,
Ipsisq' Judeis liberum et permissum
esse debet Iisdem Juribus Privilegiis et
Libertatibus quibus Cives nostri Ba-
renses gaudent, potiri atq' gaudere,e
Civitateq' Barensi more aliorum Ci-
vium Barensium in Villas Capita-
neatus Barensis commendandum rend
quam meung' gratia proficisci commeareq.
Ita ut quod Judeis nullos extraneos Judeos
in Civitatem Barensem ad inhabitan-
dum, commorandumq. suscipere licebit.
Quam concordiam utriq' Partes inviola-
biliter observare repromittunt sub

pena

pena Decem marcarum ad Pretorium
Civitatis Barensis luenda toties quo-
ties per aliquam Partium eidem con-
cordia Satisfactum non fuerit. Quam
quidem Concordiam nos ratam atq;
firmam habeng in omnibus Condi-
tionibus, Clausulis et Articulis ap-
probamus ratificamus et confirma-
mus. Decernenq; eam robur debite atq;
perpetue firmitatis obtinere debere
Harum ette Dat Varsharie in Conven-
tione generali Feria Sexta ante Fe-
stum Sancte Lucie proxima Anno quo
supra. Relatio magnifici Joannis dcte.

Telonei Pontalis in Oppido Sta-
wischim auctio.

In nomine Domini amen. Ad per-
petuam rei memoriam. Nos Sig: ds mun-
dus augustus Rex Polonie magnus
Dux Lithuanie nec non Terrarum
Sandomirie dte Significa-
mus, dte Quod tametsi Serenissimus
olim Dominus Parens noster desidera-
tissimus superioribus Annis instituent
in Oppido

in Oppido Stawiszyn Telonеum Son-
tale, seu aggerale, a quolibet Curru vi:
Ntō mercibus onerato, per Denarios Tres
exigend idq; ratione munitionis via pu-
blicæ per Illud Oppidum ducentis
quod minus lutosa, aquosa salebro-
sáq; pluribus in locis esset in qua qui=
dem via, pontium aggerisq; extruend
onus præfati Oppidi nostri Pro Con-
sulet Consules propter Commodio-
rem hominum isthac proficiscentium
transitum in se recepissent. Tamen ve-
niend ad nos fiden Oppidani referri no-
bis curavernnt, reparationiq; Construc-
tionique pontium atq; aggeris ipsius
modi nihil minus, quam tam parvum
vectigal vel Telonеum sufficere Vecto-
res enim cum ponderosis variisq; mer-
cibus onustis curribus isthac subinde
profiscī, Pontes aggeresq; etiam non par-
va impensa factos et constructos cor-
rumpere, Supplicantq; nobis ut pro
benignitate et beneficentia nostra has
eorum impensas majore illis Conces-
sione instituto Telonеo clementer relevare mi-
nuereq; dignaremur. Quorum quidem nos

Supplicationi

Supplicationi ut non inique benigne
annuentes predicta que mad modum
petuntur non gravate concedere ese du-
ximus. Quamobrem de certa Scientia
specialiq' gratia nostris Regiis, nec non
aspensu Consiliariorum nostrorum late-
ri nostro assistentium concedimus. faci-
musq' commoratis Oppidanis no-
stris Stavisryne plenam omnimo-
damq' potestatem, ut possint vectiga-
lis seu Telonei nomine ab omnibus
et singulis mercibus, curribus omnibus
tam magnis quam parvis per pontes
aggeresq' ab eisdem extructos et reparan
itineraq' illo Stavisryne solitos loco
trium Denariorum per unum in solidum
exigere exactumq' levare percipiere et in
usus proprios libere convertere cum
omni jure dominio et proprietate mo-
re aliorum Teloneorum Regni nostri
tenere habere et possidere perpetuis
temporibus et in evum. Ratione cujq
quidem Telonei sic per nos eis conces-
si et instituti tenebuntur et debebunt
predicti Oppidani nostri Stavisryne
pro consuetudine antiqua pontes agge-
res viasq' illam in Oppido et circum circa
munire, pontes aggeresq' ac viam reparare
extruere totiès quotiès opus fuerit. Quos, a quo one

re

re eos prorsus immunes et liberos non
faciemus, Quod omnibus et singulis quo-
rum interest intererit aut interesse pote-
rit presertim vero Vectoribus Merca-
toribus itinere Stavisinens a per pon-
tes proficiscens aliisq' omnibus ad pen-
dens solvendo Theloneum de Jure et
consuetudine tenentur sintq' adstricti
notum manifestumq' facimus, fierig' vo-
lumus mandamq' ut commerahum vecti-
gal in predicto Oppidi Stawiszyn per
nos institutum eisdemq' Oppidanis
gratiose concessum ipsis solvere ci-
tra ullam tergiversationem né negligatis
pro gratia nostra sachuz In cujus rei
Testimonium etc. Datum Varsavia die
Tredecima Mensis Decembris Anno qua
supra. Relatio ut supra.

Donatio Partis Terre Deserte in
perpetuum Alexandro Staio Mura-
tori pro extruendo Laterificio.

Sigismundus Augustus etc. Significamus
etc. Quia nos grātam et rātam habens
concessionem Terre deserte et minus
frugifere per Generosum Joannem Bo-
nar de Bailicze Castellanum Brzecen
ac Arcis nostre Cracovie magnum Pro-

vatorem

ratorem et Sacerdotem Rabstinenz Capitaneum Honesto Alexandro Italo Muratori atq; ejus posteris perpetuo et in eius et[im] posterionem per Intromissionem Officiosam tradita in Villa nostra Dgbniki Jurisdictionis Magnæ Procurationis nostræ Cracovien[z] in Rippa fluvij istuld consistenz ad edificandum et construendum Laterificium in longitudinem Quarantarum quinquaginta, in latitudinem vero centum sexaginta Ulnarum et pro construendo fornace ad exeuntz Latere[s] longitudinis Triginta quatuor, latitudinis autem Triginta duas ulnas, quandoquidem in utilitatem nostram cedat, in eam consentimus, atq; eandem approbamus ratificamus et confirmamus, virtq; et vigur debitæ firmitatis obtinere debere decernimus presentibus, non aliter atq; si a principio dum concederetur ad eam Specialis consensus noster accessisset; Quam quidem Terram, sive aream, videlicet Laterificium modo premisso eimen suraham et eidem Officiole ad tenendz assignatum memoratus Alexander Italus, ejusq; legitimi Successores pro tempore existenz tenebunt habebunt pacifice et quiete possidebunt, ac eadem utifruentur atq; illam

Jabunt

Dabunt, donabunt alienabunt, commutabunt, locabunt, arendabunt, impignorabunt, ac eandem in quovis alios usus suos beneplacitos convertent prout ipsis melius et utilius videbitur expedire perpetuis temporibus et in devum. Ita tum ut tam Alexander prefatus, quam ipsius Successores legitimi pro tempore ejusmodi Terre Arcd sive Laterificij modo premisso concessi, Possessores ratione illius teneantur omnem Obedientiam Officio magne procurationis Arcis nostre Cracovien. prout et ceteri coloni Ville Dzbaniki prestare, abq; eadem sive eodem, singulis annis censum annum pro Festo Divi martini nobis et nostris Successoribus ad Erarium, sive Officium magne Procurationis Arcis nostre Cracovien. marcę pecunię monete et numerii usualis Regni nostri Quadraginta Ccto grossis in quamlibet marcam computanę solvere perpetuis temporibus et in devum. Harum quibus etc. Datum Varschavię in Conventione nostri Generali Feria Quarta post Festum Sancte Lucię proxime Anno quo supra.

Relatio ut supra

Confirmatio Articulorum Confraternitatis Sutorum Civitatis Sochaczovien

Sigismundus

Sigismundus Augustus etc Significamus etc. Quia cum inter ceteras Sollicitudines nostras id quoq; cure et debito nostri munere, Regii incumbere intelligamus ut Omnes Subditi nostri etiam illi, qui labore manuum Suarum victum sibi querere consueverunt, in debito ordine regiminej nedum instituantur, verum=etiam debito ordine regiminej nedum instituantur, quo et decentius quietiusq; Suis laboribus ac Officiis intendere, et ea uberius, in usu et utilitatem Omnium communem Suppeditare possint. Proinde nos volentes Oppidum nostrum Sochaczow more aliarum Civitatum Regni nostri Ad normam Decentem reducere, et Artificum in ea existentium pro necessitate quorumlibet hominum ad eam convenientium Artificio Sutorum adaugere, ad instantem petitionem Seniorum Contuberny Sutorum dicti Oppidi Nostri Sochaczow Alberti Karaska et Petri Kotarek in Oppido fraternitatem Artificij eorum licet ibidem diu habita et observata fuerit in melioris tum Ordine instituendam duximus, instituimusq; presentibus perpetuo duraturam Quā his Articulis infrascriptis per eosdem Seniores Fraternitatis predicte prudentis et

per

per Sutores Oppidi Sochaeren Incolen
futuris Temporibus tenen et Observan-
dis regulamus et ordinamus presenti-
bus, Imprimis cum justa divinam di-
spositionem aliquis ex Fratribus Sorori-
bus ac Sociis Fraternitatis Sutorum
ex hac Vita decesserit, omnes Fratres et
Sorores veneantur, ubi funus jacet intra-
re, et illud usq; ad locum Sepulture, de
more Deducere, denarium ad Arram
offerre, sub pena medij Scotti Frater-
nitati Solvenda.

Item qui cunq; ex Fratribus invenerit
in Foro Confratrem emententem aliqua
necessaria, sive Cultes, sive Cineres vel
Calciamenta et dicat illi Frater mi vo-
lo habere tecum partem, et ille rogatq
negaverit dare partem, exhunc accusandus
est, apud Seniores, Seniores autem Fra-
ternitatis talem Fratrem convictum ca-
stigabunt pena medij Scotti,

Item qui cunq; ex Fratribus Magistris Su-
torum emeret Cutes aut Cineres in Fe-
stis mobilibus Nativitatis, Resurrectionis
Domini, et Pentecosten, Dominicis diebq
sive in tali Festo quod ut Dominica dies
celebratur, a quolibet luet penam medium
Scotti.

Item ut nullus audeat Frater cutes Crudas

emere

emere apud Lanium si non exportaretur
talis cutis ad Forum secus faciens hanc
penam a parva cute medium scoti,
a magna vero Tres scotos.
Item nullus Frater presumat Carnifi=
ci carnes ponere Super mensam alias na
Lycede, secus faciens quoties Super hoc
convictus fuerit quod apud crudas cutes
excorriaret, caput videlicet, talis a par-
va cute Solvat Fraternitati medium
scoti, a magna vero Tres scotos.
Item si aliquem contingat ut Confratri
subtraherentur alique res, quas specta-
rent ad Artem Sutoriam, et si quis ex
fratribus hoc videret, ille Frater de-
bet taliem rem furto sublatam
venditorem retinere simulans se velle
illas emere, et interim hoc Seniori-
bus significabit q e vestigio mittent
inter se signum alias Kli ut
ita sciat quilibet apud quem furtum lom-
missum fuerit.
Item tenentur Seniores magistri mitte
re aliquos Viros ex Contubernio suo
ad Forum, ad rec idendum Calceamenta
qui si Calceamenta male consuta et
framinusa invenerint, ille qui ade
imperfecte Artificium exercuerit, sol-
vet pro pœna medium scotti et ubi ille xx
toties luat pœnam medij scotti;
Item si quis ex Fratribg reperius et Convicty fuerit

xx mittendi.

mittendi et designandi ad respiciendos Labo-
res Confratrum obedire Senioribus rea-
saverint, tuant pro pena medium Scotti.

Item si quis priam ex aliquo oppido, aut
Villa ad Civitatem Sohaczovieng venerit
et in fraternitatem assumi optaverit, ta-
lis primum adibit Consulatum Civita-
tis Sohaczovieng et consensum ejus
adhuc impetrabit, quo impetrato et ob-
tento redibit ad Fratres Seniores qui illum
in Fraternitatem suam inscribent, et
suscipient, Sed ille ante susceptionem
suam dabit medium Octanum grossum
Cerea et quartam Cerevisiæ Contu-
bernio propter melius et evidens Testi-
monium.

Item Omnes et Singuli Fratres teneantur Domum suam honeste servare, con-
trafaciens puniatur pena unius talenti
Cerea et Summa Cerevisiæ, toties, quoties
pro ducenda uxore legitime monitus fuerit,
nisi forte Frater Ille adeo sit senex, aut de-
fectuosus, ut non possit uxorem habere.

Nemo etiam audebit consuere Calceos et
exponere ad Forum, ex cutibus mortici-
norum aliàs Zmarlich Hircorum, aut
Agnorum, et si quis ex Fratribus alteri
Fratri temere resistent aut contradice-
rit, coram Dominis Consulibus et cau-
sam pro qua litigaret non produxerit,

luet

luet consulatui penam consuetam et Fraternitati penam consuetam

Item si quis ex Fratribus magistris convictus fuerit super ludo Tesserum, ales et Hortulanum, aut si magister cum socio Famulo vel Cliente sus ludos ludserit et Super hoc inculpatus et convictus fuerit talis luet penam Fraternitati consuetam.

Item in Festo nativitatis Domini, et Pentecosten dum Fratres ad bibendum cervisiam de more convenirunt, debent in illa Fraterna Computatione omnes et singuli magistri socij et Clientuli se honeste et verecunde in Verbis et gestibus habere, nec debent cervisiam reducilla re aut effundere quod si quis fecerit, teneatur illud Vas proprio Sumptu cervisia implere, et praeterea in Singulis poena medij Scotti.

Item circa talem computationem, debent esse quatuor minores, duo illorum cervisiam ducant et propinent, et duo lumina apiant et incendant.

Item Vidua laborans Artificium, bibat cervisiam communem et contribuat uti unus Magister et quando Vidua non laborat Artificium det medium.

Item

